Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



131

De torrente in via bibet · propterea exaltabit
caput · ALLELUIA

CONFITEBOR TIBI DNE IN
toto corde meo · in consilio iustorum
& congregatione ·

Magna opera dni · exquisita in omnes voluntates eius ·

Confessio & magnificentia opus eius · & iustitia eius manet in seculum seculi ·

Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dns escam dedit timentibus se ·

Memor erit in secla testamenti sui · virtutem operum suorum adnuntiabit populo suo ·

Vt det illis hereditatem gentium · opera manuum eius veritas & iudicium ·

Fidelia omnia mandata eius · confirmata in secla secli · facta in veritate & equitate ·

Redemptionem misit populo suo · mandavit